admiror et laudo: ut propemodum ipse obliuiscar domesticæ calamitatis, & meo tergo hæreticum mi-
seriarum. Neq; sane iam ullum solatium inopj meæ & desolatæ senectuti exoptem darj maius:
quam ut in eiusmodj aliquo cœtu liceat animos domorarj, ubj spiritualibꝫ præsidijs sulciar sme
fermento et contagijs Idololatricæ superstitionis. Valde vereor ne (quia non satis fortj sum
animo, ut excutere iugum audeam aut nedꝫ abrumpere?) Dominꝫ consenescere me in auctis se-
cibꝫ sinat: & inter asseprosallous ad extremum usq; spiritum insrugiferis conuerbationibꝫ exa-
gitatj. Nam quid hic promoueamꝫ magnis conatibꝫ, euentꝫ ostendit, quem aiunt stultorum Ma-
gistrum esse. In Schola fortasse plꝰ libertatis habeo, quod equidem sentio quantj mihi stete-
rit, quantoq; labore sit partum. In templis in doctrina, in cultibꝫ plane nobis (quod dicj solet)
posteriora deteriora. Sed hanc ego querelam non institueram. gratularj volebam meæ patrietis
quj Albertum. Doctorem et salutaris doctrinæ Ministrum nactj essent: et DEO gratias agere.
quj te ut minime inertem poëtam, in hoc postremo actu vitæ tuæ, ad tam præclarum opus,
in ista celebritate, quasi resuscituto spiritu, corroborauit. O fortunatam Ecclesiam cuj tuã
fidem et diligentiam CHRistus præesse voluit. Infœlicem Bremam, quæ talem Pastore
amisit, impiam quæ exclusit, perditam, quæ non reuocauit. Atq; id fortasse minꝫ intellige ba-
mꝫ quum hic essent Franciscus, Johannes, Cornelius. fideles serui DEI et non instrenuj.
quibꝫ sublatis adeo immutata est Ecclesiæ facies, ut non credas eandem esse. Dominꝫ
quoq; Herbertus quam parum spei locj hic relictum videret, sedem rerum suarum in solitu-
dinem transferre maluit: quam diutius in ingrata ciuitate importunis clamoribꝫ et imperita
Fæccianorum maledicentia vexarj. Et quidem hoc mihj non dubium iræ diuinæ argumentum
videtur quod Franciscꝰ Franckenꝰ, et Wilhelmꝫ Vossij duo idonej in primis et pij præ-
cones Euangelij, compressis labris suum cor edentes hic ultro citrõq; vagantur: quam interim
præsideant templis quos ipsa res loquitur neq; probarj DEO: neq; eiꝰ voluntate vocatos esse.
Jacobꝫ Antonij suum locum nauiter tuetur. Antonius ipse bona fide præstat quod potest.
A reliquis quid speremꝫ non est obscurum. Sed hæc nescio quo modo semper in calamũ
incidunt, utinam ea obliuione sepelire possem. Et tamen hæc ipsa malim scribere q tur-
pi silentio reuerentiæ quam tuis erga me meritis debeo illiberaliter deesse. Vale Doctor
clarissime & frater mihj exanimo vereq; obseruande. Jo Cat. Nouembꝫ 1.5.67. Scholæ Magr
Lubecæ.

Johannes Molanꝰ.
Bremæ.

Nr. 181) M. Jacobo Mylio Pax Christj.

Dilecte frater Mylie quam tristis est nunc facies rerum publicarum? Tum autem priuatim q
angustj quamq; dedecorer pleriq; sumus? nunc certe si antehac unquam licuit exclamare ô tempo-
ra ô mores? Atroces tumultus nunciantur et diræ rerum dissipationes è nostra Germania.
Cuid credas futurum in Gallia? quis erit calamitatum modꝫ? quis finis iugulandj lartiandiq?
Nullum odium est agrestiꝫ eo aut efferatius, quod ex Religionis dissensione exarsit. Nusquam ma-
gis infestis animis concurritur: quam ubj pro aris focisq; dimicatur. magnꝫ metꝰ est ne in multos
annos hoc bellum extrahatur, multasq; gentes in eadem lamentam inuoluat. Atq; adeo ne sperarj
quidem poterit ulla in posterum relaxatio donec alterutra pars exspes fractaq; discedat. Cuid
si interea (ut meretur horrenda doctrinæ prophanatio, et minarj vaticinia videntur) in Germa-
niam se effundat Turcicus latro? Nunq; velim hic mihi respondeas. Cuid si fractꝫ illabatur
orbis? Siquidem iam nunc ita fœda atq; aspera passim omnia euenêre, ut nemo deinceps maiora

[= Msc. A. 12. Nr. 126]

verir pericula timere posit. Quamobrem ὁ πρὸς ἀπάτεω. faccessat securitas. augeantur preces et supplicia. 95.
ut in Deum nostrum resipicientes ad omnes euentus. ad omnia extremorum malorum mala intenti paratiq
smg. Ego certe quod mea me desolatio compulit ut facerem. quantum fieri potuit meas omnes cogitatio-
nes abdicaui à sensu rerum præsentium. ne me vel imparatum vel nimis pauidum adorantur rumæ.
Neq; tu huius indiges monitoris, ut qui ei unctionem habeas à Domino. et isthic viuas ubi non decet
modo sincere pietatem perhibent. sed præstari etiam studiose, et constanter exercerij. In Clima audio nõ
satis tutas piis sedes esse. Scilicet mala res malus vicinus. Doctor Albertus Emdæ dispensat Dñi
mysteria in maxima celebritate. Hic propter ingratitudinem & socordiam nostram hypocritæ omnia oc-
cuparunt. In Schola quietæ nobis sunt res et satis secundæ quodam singulari beneficio Jesu Christi
quem haud dubie mearum miseriarum misertum est, et præcipitis in sua damna Juuentutis. Nun-
quam tam libere potui loqui et facere quæ vellem. idq; nullo contradicente. Suggillor nonnunquã
in concionibus. sed velut per ænigmata, et ore semiclusо. Cons. Vasmarum qui Scholæ præerat scis
nuper fato subductum. nunc præsidem habemus D. Danielem a Buren, quem nosti multo meis
studijs æquiorem esse. Domi grauius crucior Custodis inopia. Importunitatem duarum ancillarum
credin esse Tyrannidem quauis uxore et liberis molestiorem! Nam adolescentes nouem facile co-
hibet Scholastica disciplina. Non facio rem. Sed in hoc extremo actu sic cogito nunc esse tempg
quum omnes omnia consilia omnes vires & facultates in hoc conferre debemg ut suo quisq; loco Ec-
clesiæ hoc est Christi regno vel cum fortunarum vitæq; dispendio seruiamg. Vale. Cal. Novembr.
~ 567.

Hildesheimo.
Bartholomæo Nuvratorij. Pax Christi.

Bartholomæe frater suauiss. Gaudeo non mediocriter quod ad publice disserendum in ista doctо- [= Hamsen. n. 12
rum hominum frequentia Magistratuum auctoritas te induxerit. Nam ea res ut tibi summam Nr. 127]
existimationem apud tuos conficiet: ita tui Patris solicitum animum non vulgari gaudio recrea-
bit. Horiarer ut præsenti animo esses. hoc fretus quod quo quisq; est doctior: hoc est ad æquita-
tem propensior, illic præsertim, ubi eiusmodi Tyrones artium humanitatis magis de se suorum Præ-
ceptorum iudicio credunt quam suo. Sed iam (ut arbitror) defunctg eris isto munere antiquius
quam epistola hæc nostra ad tuas manus perueniat. supersedebo igitur hoc labore (ut sic loquar)
Ne videar post bellum (quod aiunt) auxilium. Fieri à patre tuo grauissimo doctissimoq; viro litte-
ras accepi, quibus facta tui mentione, paterni erga te animi sui affectum cessare non potest. Tanta
hoc anxius timet ne ad pietatem minus propendeas quam ad laudabilem eruditionem. Et quidẽ
nullum esse potest vel patri vel mihi arroama dulcius quam si te probes utriusq; rei ex æquo stu- ex æquo studiosum
diosum esse. Cua de re, ille (ut memimisti) solet nonnihil dubitare, ego illi semper auctor fui
bene sperandi. Sed hæc hactenus. Theodorum nostrum gaudeo tibi seruatum esse. non est credibi-
le quantum boni quantum leuamini et solatii sit utriq; vestrum ex alterius societate. Miror
quur ita semper abiecte de suis studijs sentiat. Perlustret oculis istam copiosam et celebrem Aca-
demiam. inquirat in mores, et paulo attentius sua dona de quibus tam macram spem concepit, cũ
aliorum adolescentium ingenijs comparet. Non multos (ut opinor) inueniet cum quibus collata sibi
gratia facere cupiat permutationem. Adeo rarum est illud genus adolescentum planeq; diuinum.
qui cum mediocri artium cognitione etiam sensum sinceræ pietatis sic coniunxerunt, ut pares sint
utriusq; rei exercitatione. Jacobus Commelinus Emdæ exercetur docendis litteris Hebraicis satis
frequenti auditorio. Egbertus Brassius hortatu Doctoris Alberti iterum atq; iterum verba fe-
cit apud populum, videtur futurus non instrenuus Concionator. Idem nuper vulgauit laudatio-
nem Generosi Comitis Christophori Oldenburgici. satis felici carmine decantatam. Hic fruc-
tus est Scholastici laboris cuius pars aliqua videtur ad me quoq; pertinere. Equidem non ar-
rogo mihi quidquam. puerile est enim id totum quod per me præstari potest. sed tamen nesci-
o quo modo quum eiusmodi nouæ veritatis Justitiæq; propugnatores è puluere Scholastico
in lucem et in oculos hominum prodire video incredibiliter delector. proinde et tu mi frater.
ἀλλ' εἰμὶ ἐσσ' ἔτα τὶς σε καὶ ὀπίσσοτερ ὧδε ἔειπε. Vale. Ex Hildesheimo. 7 Id. Decemb. ~ 567
[13. XII. 1567]